Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 54

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 115.

Durch Mitteilung von Prof. Dr. Ernst Zinner aus Bamberg (10.V.1936) ist dieser Codex aus der Bibliothek des Regiomontanus mit dessen eigenhändigen Anmerkungen.

1. 4.17.

Cod. LIV.

1. 4.18.

partim membran. partim chart.
Fol. min. Sec. 15.

Laur. Valla libb. VI. de Elegant. Ling. Lat.

Initiale

Laurentii Vallæ, seu Vallensis, Libri VI. de linguæ Lat. Elegantia. Opus satis notum, et innumeris fere editionibus recusum. Folio secundo codicis nostri Ms. incipit Distributio librorum in capita, quam excipit tabula alphabetica. Postea Proœmium: "Quam sæpe mecum nostrorum res gestas" etc. tandem ipsum opus: "Deus, Dea, Dea. Deus dicimus" etc. Nonnunquam aliquæ offenduntur literæ ex Alphabeto gallico veteri mutuatæ, ut: **H** pro M; **N** N; Є E; et plures aliæ. In fine: "Expliciunt dicta Laurentii in Elegantiis."

Laurentius Valla Patricius Romanus, et Canonicus S. Joan. Laterani Gramaticus, Rhetor et Philosophus pontificiarum Litterarum Scriptor, acris et mordacis ingenii, acerbiore stilo ac censoria libertate multorum in se concitavit invidiam. Ceteroquin de Republica litteraria, et puritate latinæ linguæ restituenda optime meritus, obiit 1457. vel ut alii, 1465. Vid. Graveson. Hist. eccles. T. 6. p. 92.

Folio primo Cod. nostri inscripta sunt sequentia Epigramata etc.

1. Johanis Panonii Episcopi quinque Ecclesiarum in Laurentium Valla Epigrama:

"Sæcula tot cervus tot vidit sæcula cornix.
"Valla obit ante diem. Credimus esse Deos?"

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 54

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 116.

2. Julii Caesaris Epitaphium:
"Vase sub hoc modico nunc hores clauditur orbis."

3. Titus Stroza in Guarinum Veronensem Epigrama:
"Hic veneranda tegit magni lapis ossa Guarini.
"Utraque lingua suo moereat orba patre.
"Hoc Verona decus terris dedit. abstulit aetas
"Longior. ad Superos mens pia fecit iter.

Nota. Titus Vespas. Strozzius Florentinus, discipulus Guarini Veronensis, claruit ao 1470. vid. de utroque Fabric. Bibl. med. et inf. lat. de Guarino, T. 3. p. 119. de Strozzio, T. 6. p. 274.

4. In Laurentium Valla Epigrama:
"Nunc postquam Manes defunctus
Vala petivit,
"non audet Pluto verba latina loqui.
"Jupiter hunc coeli dignatus parte fuisset,
"Censorem linguae sed timet esse suae.

Folio ultimo manus aliena, sed ut videtur coaeva hoc adjecit: "Anno ab incarnatione Xti "1471. Georgius de bodebrat (a) hereticus hus"sita regni boemie occupator vitam pertinax "abrupit proprio sanguine pro crassitudine sua "suffocatus. De quo laus sit et gloria Xto "Fuit namque is australium omniumque "bonorum acerrimus hostis". Item alia manus hoc: "Anno ab incarnacione Xti 1481. Domi"nus de Starkenberg Georgius: Adolescens qui "sedecimum sue etatis annum agebat in die "Sancti Lamperti in Wolkenstarff: mortem obiit: "quo necis genere. dubium fuerat: in toxico "quidam ajunt: ceteri febre.

(a) Podiebrad post Ladisla-um Rex; natus ao 1420.

Georg Starhenberg.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 54

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=1747

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)